



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Mammas M. 17. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

scit. Taudem cùm nomen tabulae suum inscriptis-
set, simul amplam sponsionein, quâ cælum omni-
bus peste correptis medicinam Rochi interces-
sionem fore edixerat; peste ipse Medicus pestifero-
rum decedit. Sed tanti fuit, ut liber animus è ge-
nino carcere evolaret. Ex Lippeloo:

*Quomodo tenebas acculum, ne tibi extorquea-
tur a fure, sic custodi innocentiam, ne tibi extor-
queatur à diabolo; sit illa certum patrimonium
tuum, de qua sunt divites & pauperes. Quid tibi
prodest lucrum auri, & damnū innocentia? ergo cu-
stodi innocentiam. S. Aug. serm. 3. sup. pl. 36.*

S. MAMMAS M. 17. Augusti.

Qui puerum MAMMANTEM Martyrem mira-
ris, noveris lac Martyris bibisse. In carcere
quippe natus primas cunas vincula habuit, pri-
mum ridere inter utrumque parentem mortuum
visus est, cùm pater ante ejus ortum, mater non
muled pòst obiissent. Talem matronæ commen-
davit Angelus educandum. Mox cùm annum age-
ret quintum-decimum, virum jam se tyranno &
contra verbera Spartaaum, contra ignes Roma-
num præbuit. Undis deinde suffocando iterum
Genius Tutelaris adfuit, actisque in fugam torto-
ribus Martyrem in montem duxit. Hic genero-
sus puer tot jam penè nutrices, quot silva feras nu-
meravit; cùm hæ ultrò Divi mulgentis manuam
ambirent, iisdemque de liciis & famem nobilem
& sum pellerent. Arque hujus miraculifama cùm
aures Presidis pulasset, equites misit, qui MAM-
MANTEM sisterent. Excepit MAMMAS ignoros,
primumque lacte & caseo, turn i se ferarum spe-
culo recreatos in urbem est locutus. Iterum er-

go plagis sævitum, sed quas inter rideret MAMMAS; iterum fornax successa, sed in quā quantum puerum Babylon agnosceret. Feris quoque cūm objectus esset, ursus pardusque sudorem Athletz abstergebant; leone interim, qui comes Martyni ē monte iverat, in carnifex grastante. Denique tridente confosus MAMMAS ilia effusa; extra urbem extulit, & moriturus ipse sepulchrum speluncam subiit. *Ex Metaphr.*

*Terrā nesciat, amore carnis ignorat, nihil in se vi-
tis licere permittat, qui se Dei filium credit; adhuc
vitæ, moribus, tanto generi respondeat; ne iterum al-
terrena descendens ad tanti genitoris tendat injuriam. S. Pet. Chrys. scim. 68.*

S. S. P A V L U S & I V L I A N A M M.

17. Augusti.

Ptolemaidem urbem Aurelianus Imperator ingrediebatur, Christianos, si ira Diis placet, triumphaturus; cūm inter effusos obviām crux PAVLVM conspexit signo Crucis contra minas improbas se armantem. Primum igitur impetum Tyrannus in hunc fecit, suspensumque cædi atrociter imperavit. Interea soror PAVLI adest IVLIA NA geminā planè virtute, & iisdem armis in hostem armata. Ea verbis pro innocentia germani pugnans acriter in tyrannum invehitur. At hic eodem supplicio jubet affligi. Sed aërem verberabante carnifices. Hinc in liquaram flammis picem mituntur; sed ingressos Bajas crederes. Mox insellas imponuntur ab igne subiecto ardentes; sed illi inter pœnas has verè oriosi assidebant. Ergo in carcерem compinguntur fame longâ expugnandi. Sed ecce nocte intempesta Angelus adest & ex-

pc.